



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ivlii Cæsaris|| Scaligeri|| Epistolæ|| &|| Orationes||

Scaliger, Julius Caesar

Lugduni Batavorum, 1600

Nobilissimo Amplissimoque viro Pavlo Chovarto Bvzanvalio Christianissimi
Francorum Regis apud Illustrissimos Ordines confæderatarum Belgij
Prouinciarum Oratori Franciscvs Dovsa S. D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

Nobilissimo Amplissimoque viro
PAVLO CHOVARTO
BVZANVALIO

Christianissimi Francorum Regis apud Illu-
strissimos ORDINES confederatarum
Belgij Prouinciarum ORATORI
FRANCISCVS DOVSA S. D.

NAM biennium effluxisse non igno-
ras, vir Nobilissime, cum me ex si-
tu & puluere scholastico produxisti
in Gallia tua lucem. Cuius profectio-
nis quam vberes fructus ceperim
nunquam hercule me pariterbit. De benevolentia &
comitate, quam insignem ibi expertus sum, quaeq. ve-
lut fato aut Genio inter adsit, us omnes gentes proprie
est vestra, nihil nunc dicam. Certè omnis humani-
tatis & elegantiarum matrem Galliam qui dixe-
rit, recte dixerit. Verùm abunde est, quod mihi gra-
tuler vel hoc solo nomine, quod nescio qua fortuna
benignitate aliqua scriptorum illustrissimi & in-
cōparabilis Herois Iulij Caesaris Scaligeri nactus fue-
rim, quae nondum communem theatri huius lucem
aspexerant. Quae cum domum redux Iosepho Scali-
gero (qui praclaris ingenij sui monumentis acceptam
a Patre famam ita illustravit, ut vter alteri plus de-
beat

in incerto sit) ostendissem: protinus ille pro singulari
humanitate sua plura alia non absimilis argumēti,
que quasi commune incendium effugerant mecum
communicavit, que simul iuncta iusti libri magnitu-
dinem explerent: nec desit eadem auctor esse (litera-
tis omnibus & studiosis nominis Paterni rem gra-
tissimam me facturum autumans) ut in lucem da-
rem. Certe ego bellissimam occasionem nactus de-
merendi rem literariā publicè prodesse malui, quàm
solutus tanto thesauro tanquam Hesperius draco malis
aureis incumbere. Interea autem non diu quaren-
dum mihi existimaui, cui libri huius patrocinium
deferrem: nec enim quisquam occurrebat, cui magis
& vellem & deberem, quàm tu vir Amplissime.
vellem, quia vnus inter nostros Semonis huius, diui-
nas dotes pro meritis estimare posses. deberem, quia
tantorum bonorum primus quasi auctor extitisses,
cum tuis auspiciis in cultissimū Gallie regnum pro-
ductus essem. Huc accedit quod quasi manu duxit me
in hanc viam Frater heu quondam meus, qui oratio-
nem in Audecti filioli luctu habitam nomini tuo
iam olim inscripsit. Accipies igitur, vir Nobilissime,
libens volensque munus hoc literarium non velut
avtids ego tuorum meritorum, que frequentia &
iam pridem in me contulisti, & quotidie novis offi-
ciis cumulare non omittis, sed tantum mea in te ob-
servantia & grati animi symbolam. Vale. Hage-
Comitis. VII. Calend. Februarius.